



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Cap. LIII. De S. Roselea Panormitana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

C A P. LIII.

De sancta Roselea Panormitana.

RVinque prudentes Virgines haec tenus enumeraui, quæ olco misericordiæ & caritatis suæ, ardenter pestilentia ignem multorum corpora depascentem, sæpius restinxerunt: en modo sextam subijcio, non è numero illarum fatuarum desumptam, sed verè virginem sapientem & vnam de numero prudentiis, quæ eò magis hoc loco venit enumeranda, quod eius beneficia sint omnino recentissima, & veluti apertâ adhuc manu omnibus suis clientibus eadem sit impattiri parata. Est verò hæc rosea illa virgo S. Roselea, tam clara virtutibus, quam nobilis prosapiâ; nobilissimo siquidem stemmate nata fuit, nempe ex sanguine antiquorum regum Siciliæ oriunda. Hæc à quadringentis, & quod excurrat, annis sanctissimè in Domino defuncta, & sponso suo cælesti, quem vnicè hîc in terris dilexerat, & præ cuius amore, regnum mundi & omne ornatum sæculi contempserat, indubitate sociata, diuersis fide dignis personis secundum quietem sæpè apparuit, monens ut corpus suum in terra visceribus reconditum, & veluti ignorantia densis tenebris inuolutum, diligenter perquirerent, vt ad multorum salutem debitæ venerationi exponeretur, quo exemplo, ut & multorum aliorum Sanctorum, discant iurati eorum hostes, hodierni Nouatores, rectè sacra Sanctorum pignora à fidelibus honorari, quandoquidem ipsi Sancti, Deo id procurante, in quem & in quos idololatriæ aut superstitionis culpa minime cadit, ad huiusmodi honorem nos excitent.

excitent, & merito. corpora enim eorum fuerunt organa
animarum ad omne opus bonum. fuerunt & sunt instru-
menta Dei ad miracula. sunt pignora patronorum, exuuiæ
carissimorum, trophyæ triumphatorum, quæ à Deo sunt
designata ad gloriam incredibilem, nimirum, ut sint post
resurrectionem corpora sole clariora & corporibus omni-
bus, sint Ducum, sint Regum, sint Imperatorū, longè præ-
stantiora. Deus itaque volens calamitosum hoc sæculum
nouo gaudio recreare, superiori anno, scilicet 1624. die 14.
Iunij, in Monte Pelegrino prope Panormum glorioſiſſimæ
huius Virginis corpus miraculosis indicijs dignatus est
reuelare, quod mox pompâ ſolenniſſimâ in prædictam
urbem, immunerâ Cleri populique comitante multitu-
dine, fuit delatum, ubi hodieque multis miraculis coru-
ſcans in Ecclesia Cathedrali requiescit, & ab vndequaque
concurrentibus fidelibus religioſe visitatur. Præter innu-
mera beneficia quæ deuotis suis clientibus exhibuit, illud
totâ Siciliâ notiſſimum & celeberrimum eſt, quod hoc
ipſo anno 1625. grauiſſimâ peste cam liberauerit, ita ut ex
illa nemo deinceps fuerit mortuus: omnes verè infirmi
protinus conualuerint. quam gratiam non ſola Sicilia, ſed
integra Italia, omnesque confines Prouinciæ pleno ore
hodie conſitentur. Habita tunc fuit Panormitana in
Ciuitate, ſupplicatio, quam uerquam vidit Sicilia, ſolenni-
tate maximâ, in qua numeratæ, ultra decem millia, ar-
dentes tædæ, flagrantem deuoti pectoris ignem signi-
ficantes, extructi pariter à diuersis Rebus pub. ad emu-
lationem in honorem sanctiſſimæ Virginis & fidelifluiſſimæ
luæ Tutelaris concertantibus, ſumptuosiflimi Ar-
cus triumphales, quorum uetus ſexaginta millia flo-
norum ſuperabat. Stupenda ſunt & verè *Admiranda*
Sicula, quæ de hac ſolenniſſimâ ſupplicatione, ex fido

K k relatu

relatu oculati testis, qui eidem interfuit, didici; quæ omnia auditus Lector à Siculis scriptoribus breui plenius intelliget. Dicitur iam à quadringentis annis, auctoritate Sedis Apostolicæ, in Sanctorum Catalogum relata, licet Martyrologio Romano hactenus non fuerit inscripta. Simile contigit Sanctissimo Patri Nostro Norberto, qui non ita diu post mortem suam in Sanctorum Catalogum fuit relatus, licet in recentioribus Martyrologijs ante Gregorium XIII. editis, non ita passim fuerit repertus. constat siquidem eundem Patriarcham à temporibus Innocentij III. pro sancto habitum fuisse; & exinde inscriptus Martyrologio Romano & vetusto Vaticano. quod nescio quâ de caussâ, multos plurimi annis latuerit. ut grauissimè errare conuincantur qui eum demùm à Gregorio XIII. canonizatum volunt; cum hic tantummodo prius factam Canonizationem, tunc temporis non omnibus ita cognitam, in clariorem notitiam protulerit, & nouo diplomate confirmauerit.

Carolus
Stephan.
in dictio.
geograph.

Est vero supradictum Panormum siue Panhormum, Cittas Siciliæ, & portus; dicta sic à nauium applicacione, quæ vndique illuc conueniunt; est enim ὄγμος, portus pars. unde nautæ dicuntur hormizare, id est, nauem anchoris & retinaculis instruere quo securat in portu à repentinis procellis. Vulgo dicitur Palermo.

C A P,